

Alte Drucke

**CONCIONES || IN EVANGELIA || ET EPISTOLAS, QVAE || per
totam Quadragesima[m] populo in Ecclesia || proponi
solent, è Tabulis F. Iacobi Veldy ...**

Prielee, Gilles vanden

Parisiis, 1567

FERIA SECVNDA POST DOMINICAM PALMARVM, EPISTOLA, Isaiae 50.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150295

*Arcta via
que ducit
ad celum.*

tegritas, quam ad extremum vsque spiritum conserua-
runt charitas, qua se totos impenderunt, & superimp-
derunt pro Christo & Ecclesia: & spes, quam habebat,
sicut anchoram animæ firmam ac tutam, incedētem vs-
que ad interiora velaminis, Heb. 6. Quia enim, teste
Christo, arcta, & angusta est via, quæ ducit ad celum,
atque adeo multis salebris ac scrupulis, vt caro indicat,
obnoxia, vt faciliè primo intuitu percclatur humana
ratio, præsertim ea quæ deliciis & voluptatibus assue-
rit, (quanquā lōgè senticosior & difficilior sit ea, quæ ad
perditionē ducit) infirmitati nostræ hoc cōcedit Christ⁹,
vt Sāctorū virtutes (quæ ipsius quoq; dona sunt) imite-
mur, vt hac ratione desperatio adimatur, quā carnis in-
firmitas suggerere solet, dum videt Sanctos, Prophetas,
Martyres, Apostolos simili infirmitate circūdatos, ex spi-
ritu Christi ipsos inhabitare, potuisse patriā, amicos, pa-
rētes, fortunā, corpus, & vitā pro Christo contēnere. hoc
enim verè est illi vestimenta prosterne, quemadmo-
dum & ramorum proiectio parādæ per Christum victo-
riæ contra mortem, mundum, ac diabolū erat symbo-
lum: quo etiam testabantur cum esse Christum, qui per
sanguinem crucis pacificaret ea, quæ in celis, & quæ in
terris sunt, Col. 1. Ceterū, vt ferè semper gloriam se-
quitur inuidia, ita Christo hic obtigit. Ex hac enim pō-
pa impij Pontifices, Pharisei, & Scribæ maiorem inui-
diæ & odij occasionem cōceperunt, non tam erga Chri-
stum quā erga discipulos, populum, ac pueros, à quib⁹
Christo hic exhibetur triumphus. Displicet enim sem-
per diabolo, & eius ministris, hæreticis, cultus, qui vero
Deo exhibetur, maximè si prima fronte non videatur
expresso Dei verbo præscriptus: sed dicant, Oro: quib⁹
scripturis hic cultus populo erat præceptus, haudu-
biè nullis: placuit tamen Christo: ergo malè damnātur
illæ ceremoniæ: quas affectu quodam pietatis exhibēt
fideles ad fidei suæ protestationem, neque sunt vlla ra-
tione hæreticorum, qui sese offendi conqueruntur,
causā, reiciendā.

FERIA SECUNDA POST DOMINI-

CAM PALMARVM, EPISTO-

la, Ilaix 50.

Dominus Deus aperuit mihi aurem, ego autē non contradico, &c. Finis Epistolæ: Speret in nomine Domini & innitatur super Deum suū.



ST hæc Epistola, quædam *passio* nis Christi, quæ non futura prædicere, sed gesta narrare videtur. Sustinet autem personam Christi Propheta, tria potissimum agens.

1 Primò, Proponit Christum sese ex singulari Patris voluntate obtulisse pro salute generis humani, quia sacrificia, holocausta, & oblationes Patri iam non placuerunt. Impossibile enim erat sanguine taurorum aut hircorum deleri peccata, Heb. 10. Idèò inquit, *Dominus aperuit mihi aurem.* vel, ut est Psal. 39. corpus aptauit mihi. *Ego autem non contradico, & retrorsum non abij.* Siquidem in capite libri scriptum est de me, ut facerem voluntatem tuam Deus meus. In mysterio nanque redemptionis humanæ peragendo, eadè totius trinitatis fuit voluntas, licet filius tempore passionis in agonia, & sudore sanguineo constitutus, petere videbatur, ut, si possibile esset, transiret ab eo calix: Erat enim ea petitio, insinuatio tantum humanæ imbecillitatis, quam mox ratio superior correxit, dum ait, Veruntamen non mea, sed tua voluntas fiat. Nihil enim æquè semper optauit filius, ac redemptionem, & salutem generis humani, quam nulla veterum sacrificiorum hostia comparare potuit, sed sola agni immaculati Christi, quam pro nobis iuxta Patris voluntatem in ara crucis obtulit, ut esset redemptio & propitiatio pro peccatis, non pro nostris tantum, ut loquitur Iohannes cap. 2. sed pro totius mundi.

2 Secundò, Ut singularem filij Dei erga nos dilectionem & amorem insinuet, ostendit, semotis metaphoricis, figuris, & ænigmatibus, quomodo filius Dei semetipsum exhibuerit Deo Patri pro nobis, &c. Ephes. 2. oblationem, & hostiā, in odorem suauitatis, dicēs, *Corpus meum dedi percutientibus, genas meas vellentibus, et faciem non auertis ab increpantibus & conspuentibus.* O magnam & verè stupendam Dei erga nos misericordiam & benignitatem, qua, quum inimici essemus reconciliati sumus

*Stupenda
Dei erga nos
misericordia
& benigni-
tas.*

Deo per mortē filij eius, qua denique ipse filius, ut habet Apostolus Apocalyp. i. nos dilexit, & lauit à peccatis nostris in sanguine suo, dum languores nostros ipse pertulit in corpore suo super lignum, ut peccatis mortui iustitiæ viuamus, 1. Petr. 2. dum corpus suum Sacrosanctum, quod peccatum non fecit, quod Spiritus sancti operatione virgo concepit & peperit, & in ore cuius non est inuentum mendacium. Ita (ut iustitiæ aeterno Patri pro nobis satisfaceret) ludibrio permisit impiorum, ut non esset species ei, neque decor, ut esset despectus & nouissimus virorum, ut quasi ouis ad occisionem duceretur, & quasi agnus coram rondente se obmutesceret, Isaïæ 53. Perpendant hæc mysteria fideles, & definant tandem in semetipsis perperatione scelerum rursus crucifigere filium Dei, Hebræor. 6.

*Innocentia
Christi.*

3 Tertiò, Describit Christi tum innocentiam, quòd scilicet nullo suo merito talibus iniuriis, calumniis, pœnis, & suppliciis sit affectus, sed tantum quòd Pater posuerit in eo iniquitates omnium nostrum, ut quasi contereretur ipsum voluisse videretur, Isaïæ 53. Id enim iudicabat mundus, dicens, Sperauit in Deo, liberet eum si vult. Si est filius Dei, descendat de cruce, Matth. 27. quibus calumniis hic respondet Christus, *Domine Deus Pater est auxiliator meus*, scilicet, secundum humanitatem, quæ auxiliatore eguit. Vnde ipsi in agonia constituto aderat Angelus confortans, Luc. 22. licet secundum diuinitatem esset Patri æqualis. Ergo quia nulla est in me iniquitas, tanta est conscientie puritas & innocentia, & ideo non sum confusus. Remansi enim inter mortuos liber à vinculis, scilicet damnationis. Imò mortem ipsam moriendo destruxi, 1. Corinthiorum 15. Osee 9. Ero mors tua, o mors, &c. Hac fiducia securus posui faciem meam, ut petram durissimam, ut plagis & verberibus non cederet, & atteri me passus sum propter scelera vestra, Isa. 53. non meo merito, si accusare me aduersarius voluerit, accedat ad me, stemus simul. Neque enim cedam peccati conscientia impulsus. Tuetur enim innocentiam meam auxiliator meus. Ac proinde qui me condemnare voluerunt, quasi vestimenta

tum conterentur, & tinea comedet eos, id est, perpetua
 eos manebit miseria. Tum etiam insignem misericor- *Insignis*
 diam, qua nunquam potest obliuisci misereri. Siqui- *Christi mi-*
 dem omnium iniuriarum quasi immemor, post tanta *sericordias*
 in ipsum commissa scelera, & flagitia, vocat ad gratiam
 remissionis, nolens, ut ait Apostolus Petrus, Epistol. 2.
 cap. 3. aliquos perire, sed omnes ad poenitentiam reuer-
 ti. Ait enim per Prophetam, *Qui ex vobis timens Dominum,*
& audiens vocem serui eius? quasi dicat: Si ita ut me Dei fi-
 lium sitis persecuti, iniuria affeceritis, odio habueritis
 gratum, & in crucem adegeritis, non est quod despe-
 retis tamen, poenitemini, credite Euangelio, baptize-
 tur unusquisque vestrum in nomine Domini, Act. 2.
 Hoc est enim audire vocem serui eius. Sic enim fiet,
 ut si in tenebris ambulauerit, iam lumen recipiat fidei,
 & veritatis, ac translatus de potestate tenebrarum,
 transferatur in regnum filij dilectionis Dei, ad Col-
 lossenses 1. Si tamen speret in nomine Domini, &
 innitatur super Dominum Deum suum: hoc est, fidu-
 ciam & gloriam spei, usque ad finem firmam reti-
 neat, Hebræor. 3.

FERIA SECUNDA POST DOMINI-
 CAM PALMARVM, EVANGE-
 lium, Matthæi 26.

*Et factum est: cum consummasset Iesus
 sermones hos omnes, dixit discipulis suis, &c.
 Finis Euangelij: Et exinde quærebat opportu-
 nitatem ut eum traderet.*



VI A satis sciebant Apostoli Christum le-
 gum esse obseruantissimum, nec certas ha-
 bere ades, in quibus iuxta legis decretum,
 agnum comederet, præbent se tamen illi
 morigeros, & quo loco parari velit, rogant. Itaque
 varia proponit hoc Euangelium.

1 Primò, Christus ut suam natiuitatem, & vitam vo-
 luit esse in summa humilitate, & penuria. In stabulo

enim nascitur, tota vita non habet vbi caput reclinet, Luc. 2. & 9. 2. ad Corint. 8. quū diues esset, &c. eandē in extremam mortis horam seruare noluit, vt exemplo doceret suos ab omni auaritia, superbia, fastu, & ambitione quā alienissimos esse debere: etsi interim non obscure significet se cali ac terræ Dominum esse, vpo- te cui omnia ad arbitrium parata sint. Nam & Petrum, & Iohannem ad ignotum hominem destinat, quæ fieri velit tanquam Dominus imperat, vt qui omnium cor- da arbitrio suo regeret, sciens nihil sibi denegandum. Neque verò ad Druides, Scribas, Phariseos, Principes, & Sacerdotes, Apostolos mittit, nō quòd & ipsorum nō posset rebelles inflectere quo veller voluntates: sed ne cuiquam inuito vim facere gratia putaretur, cum eli- git, quem voluntarium fore præsciuit, id est, humilem, & abiectum, nullo famulorum strepitu stipatū, sed qui ipse lagnam aquæ humeris gestaret: vnde eius humi- lem conditionem agnoscere licet: Talibus enim dele- ctatur Christus, qui humili sint & contrito corde, non reicientes gratiam Dei, sed eam humeris in vtilitatem proximorum ferentes. Parati etiam omnia discrimina ipsorum causā ferre, hi demum hospitio, & conuiui- o Christum excipere merentur: iuxta illud, Si quis dili- git me, sermonem meum seruabit: & Pater meus dili- get eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus, Iohannis: 4.

2. Secundò, Magnam verbi Dei potentiam commen- dat, quæ potuit facile huic, cui destinantur Apostoli, adimere omnem imminētis periculi metum, & timo- rem. Siquidem dederant Pontifices & Pharisei manda- tum, vt si quis cognouerit vbi sit, indicet, vt apprehen- dant eum, Iohan. 11. Vnde parum tutum videbatur eum hospitio admittere, qui esset & Ecclesiastici, & ciuilibus magistratus autoritate proscriptus. Sed hæc est Chri- sti, cuiusque, quam inspirat gratis, fidei virtus & ener- gia, vt famæ, & fortunæ bonis neglectis, in solam Dei Patris voluntatem respiciat, eam sequatur, & obtempe- ret, etiam cum capitis periculo, sciens, absque summa illius providētia, & volūrate accidere nihil posse: Qua- re sese huic promptissimè subiicit. Contrā verò, hoc si-

dei lumine destituta ratio, & prudētia carnis, neglectis Dei promissionibus, præsētia tantū, & quæ ante pedes sunt cernit, horū cōsideratione mouetur: nec Deo, cui omnium rerum & humanarum, & diuinarum cura est, fidit aut credit: ita terrenis affixus, vt cælestium cōsideratione non magis quā brutum moueatur.

3. Terriò, Vt in hoc viro significaret qualem fidelium oporteat esse fidem, & obedientiam erga Deum, cuiusque verbum, prædicat qualē ipsum sint experturi Apostoli: scilicet, facilem, & promptum. Ipse, inquit, ostendet vobis cœnaculum grande stratum. Charitas enim, quæ diffusa est in cordibus fidelium, non sibi, sed Christo, & proximis omnia impendit. Non enim querit quæ sua sunt, sed quæ Iesu Christi: illi totū cœnaculum cordis sternit, vt alium nullum hospitem admittat. Apostolos verbi Dei ministros, & prædicatores patitur verbo fidei exornare conscientiam, illustrare cognitione veritatis, amore cælestium bonorum accendere: Submittit enim intellectum in obsequium fidei. Neque enim alia ratione Christus recipitur, quā fide, spe, charitate, & obedientia, qua verbo creditur, promissiones expectatur, proximus propter Deum diligitur, & mandatis eius obtemperatur. Hæc qui ex spiritu fidei fecerit, iustus est, non imaginaria tantū imputatione, sed verè: iuxta illud Iohannis, Qui facit iustitiam, iustus est: habet & Christū habitare per fidē & charitatē in corde, vt ait Apostolus, ad Ephe. 3. Cuius potentia in omnibus tentationibus defenditur & liberatur, etiamsi maxime infidietur hostis, etsi tanquam leo circumeat querens vt deuoret.

4. Quartò, Proponit singularem Christi in peragendo redemptionis humanæ mysterio prōptitudinē, qua sese eterno Patri obtulit *ἀνθρώπων*, & pretiū pro peccatis nostris, dū testatur Euangelista, ipsum facta hora discubuisse, & duodecim Apostolos cū eo. Quibus non obscure diuinā Christi potentia declarat, qua effecit vt etiā tā ciuiles quā Ecclesiastici magistratus contra eum conspirassent, nō potuerunt tamen, nisi dū vellet ipse, quod cupiebant perficere. Ex quo sequitur irritos esse omnes conatus mūdi, carnis, diaboli, & impiorū, quos solēt cō-

*Fidelium fides
& obedientia in Deū,
qualis.*

FERIA TERTIA

tra fideles, & electos intentare, nisi diuina permissione fulciantur: quæ ramen ad eorum salutem patitur subinde ipsos cruci succumbere: quia non nisi per varias tribulationes vult ipsos intrare in regnum cælorum, sicut & vnigenitum suum cruci subiecit, vt esset fidelibus exemplum & regula. Atque hoc erat, quod tanto desiderio scire sese testatur Christus, dum ait, Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum antequam patiar, sed dico vobis, quia ex hoc non manducabo illud donec impleatur in regno Dei. Quid enim aliud Christum in mortem pro nobis adegit, nisi ineffabilis charitas, qua dilexit nos, etiam cum inimici essemus: ad quam cum ubique nos hortetur, tum maximè hisce verbis, quibus in vltima cæna non Apostolos tantum, sed nos omnes instruit, atque ad hanc charitatis vicissitudinem hortatur, quod in ea vitæ Christianæ perfectio, & consummatio esset constituta, neque alia via, quam per hanc, esset acquirenda felicitas æterna.

FERIA TERTIA POST DOMINICAM PALMARVM, EPIST. HIER. II.

Tu autem Domine demonstraisti mihi, & cognoui, &c. Finis Epistolæ: Non prophetabis in nomine Domini, & non morieris in manibus nostris.



AT ICINATVR hæc quoque Epistola de mysterio passionis Christi: Sustinens enim personam Christi Hieremias, tria facit. Primo, Ostendit sese ex certa Dei reuelatione intellexisse Iudæorum contra se odia, machinationes, & cõilia, quibus ipsum propter veritatē verbi Dei sunt persecuti. Nullus autē Prophetarū, siue vitæ puritatē, siue prædicationē, siue persecutiones spectes, clarius imaginē Christi expressit, quā Hieremias. Siquidē sanctificatus in utero sanctissimè vixit, prædicatione grauitè vitia carpsit, & persecutionibus variis agitarus, tandem à populo lapidibus est obrutus. Nō quod ista cū Christi factis cõferri verè possint: distat enim multis pars angis. Christi namq; longè alia fuit vitæ innocentia, prædica-